Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aperietur uobis. Omnis
enim qui petit accipit:
et qui querit inuenit.
et pulsanti aperietur.
Quis autem ex uobis
patrem petit panem nunquid
lapidem dabit illi? Aut
piscem: nunquid pro pisce
serpentem dabit illi?
Aut si petierit ouum:
nunquid porriget illi scor-
pionem? Si ergo cum
sitis mali nostis bona
data dare filiis uestris:
quantomagis pater
uester de celo dabit spiri-
tum bonum petentibus
se :— Lectio libri Apocalipsis Bto
In diebus illis Vidi ciuitatem sanctam
Iherusalem nouam descendentem de celo: a
deo paratam sicut sponsam ornatam
uiro suo. Et audiui uocem magnam
de throno dicentem. Ecce tabernaculum
dei cum hominibus: et habitabit
cum eis. Et ipsi populus eius erunt:
et ipse deus cum eis erit. Et absterget deus omnem lacrimam
ab oculis eorum: et mors ultra
non erit: neque luctus neque clamor
neque dolor erit ultra quia prima abi-
erunt. Et dixit qui sedebat
in throno. Ecce noua facio omnia

Secundum lucam
Ingressus iesus perambulabat iericho
et ecce uir nomine zacheus. et hic
erat princeps publicanorum: et ipse
diues. Et quaerebat videre iesum quis
esset: et non poterat prae turba quia
statura pusillus erat. Et praeur-
rens in arborem sycomorum ut
uideret illum quia inde erat transiturus
Et cum uenisset ad locum suspiciens
iesus uidit illum et dixit ad eum
Zachee festinans descende: quia hodie
in domo tua oportet me manere
Et festinans descendit et gaudebat
illum gaudens. Et cum uidissent omnes
murmurabant dicentes quod ad
hominem peccatorem diuersatus sit. Stans autem
Zacheus dixit ad dominum. Ecce dimidium
bonorum meorum domine do pauperibus